

## CAPVT XI.

A prouisione beneficij siue curati, siue simplicis, per superiorem facta iure deuoluto, appellationi non deferens an iudex vim facere dicitur.

## SVMMARIVM.

- Qualitas beneficiorum, de cuius prouisione tractatur, alteras, & variat prohibitionem appellationis. n. 1.  
 Appellationi emissa à prouisione Parochialis vacantis siue iudicialiter siue extraiudicialiter, à quouisue fiat, deferendum non est. n. 2.  
 Deuolutio ad superiorem fit cum omnibus qualitatibus & requisitis in prima prouisione, ac si fieret ab inferiori. n. 3.  
 Prima & secunda instantia eadem est natura. num. 4.  
 Exceptiones, quæ admitti non debent in prima instantia, nec etiam admittenda sunt in secunda. n. 5.  
 Exceptio, per quam mutatur figura iudicij, non est admittenda in causa appellationis. n. 6.  
 Causa summaria in prima instantia suam naturam retinet & in secunda. n. 7.  
 Si aliqua dispositio aut sententia lata ab inferiori executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem faciendam sit translata, pariter eam meretur. n. 8.  
 Iudex appellationis succedit primo iudici tanquam confirmator, vel infirmator. n. 9.  
 Iudex subrogatus representat primum, & eius potestatem. n. 10.  
 Superior iudex potest facere, quæ poterat inferior. num. 11.  
 Creditor meus si conueniat meum debitorem, contra quem habeo viam executiuam, pariter & ipse poterit executiuè experiri. n. 12.  
 Creditor sustinet imaginem debitoris, cuius debitorem conuenit. n. 13.  
 Subrogatus retinet qualitates & naturam eius, in cuius locum subrogatus est. n. 14.  
 Ordinario prouidente Parochialem quoad executionem eius iuxta Trid. non attenditur quo iure an institutionis, an mere collationis, an confirmationis, & sic nec deuolutionis. n. 15.  
 Præuilegium exequendi prouisionem Parochialis non est datum iuri prouidendi, sed ipsi prouisioni, quia prouenit ex natura cause. n. 16.  
 Appellari si non poterat à iurisdictione ordinaria, pariter nec poterit appellare ab eadem prouogata. n. 17.  
 Præuilegium guarantee in herens iuri & actioni debiti transit, ad quemcumque transit actio. num. 18.  
 Concil. Trident. sess. 24. de reform. c. 18. & motus

- proprij Pij V. dispositio loquens in ordinario habet etiam locum in Episcopo prouogato. n. 19.  
 Exequenda prouisionis Parochialis præuilegium non est concessum prouidenti, nec eius contemplatione, sed prouisioni, & ideo per variationem personarum non extinguuntur, nec alterantur. n. 20.  
 l. tempus. 29. ff. de re iudic. verba ponderantur. num. 21.  
 Appellationis sublatæ præuilegium si conceditur cause, est reale, & totum uniuersaliter comprehendit. n. 22.  
 Ordinario aliqua ratione differente executionem prouisionis Parochialis, si illem interim superior reuocet, & aliam ferat sententiam, poterit suam exequi, cum vacans inueniat beneficium. num. 23.  
 Ratio propter quam exequitur prouisio Parochialis vacantis, militat in prouidente iure deuoluto, cum idem animarum periculum adest in Ecclesia vacante. n. 24.  
 Deuolutio introducta fuit ob negligentiam prouidentis. n. 25.  
 Præuilegij causa durante durat ipsum præuilegium, & eius effectus. n. 26.  
 Periculo durante, ob quod aliquid fieri mandatur, durat mandatum, dum durat periculum, & cessat illo cessante. n. 27.  
 Pro certa & determinata causa ubi aliquid conceditur, durat, quandiu durat ipsa causa. n. 28.  
 Generalis dispositio non intelligitur dumtaxat de prima persona, quoties per illam non est satisfactum intentioni disponentis, sed iterum per aliam personam debet satisfieri. n. 29.  
 Appellationi à prouisione Parochialis iure deuoluto siue iudicialiter siue extraiudicialiter non deferens superior, vim nullam facere, decernitur. n. 30.  
 Expenditur text. in c. 2. §. nisi de supplenda negligentia Prælatorum. ibidem.  
 Appellationi à prouisione beneficij simplicis facta iure deuoluto non deferens an vim faciat. num. 31.  
 Appellationi à prouisione beneficij simplicis facta per ordinarium extraiudicialiter non deferitur, secus si iudicialiter, quia tunc utrunque habet effectum. n. 32.  
 Et secundum hanc distinctionem pluries determinauit Rota Romana, prout refertur. ibidem.  
 Iure deuoluto prouisio faciendam est cum causa cognitione, an lis finita sit intra tempus, an scientia habita fuisset vacationis, & à quo tempore, & alia discutienda, ex quibus causatur deuolutio. n. 33.  
 Deuolutio iure facta prouisione non citatis quorum interest, senatus aditus per viam violentiæ dare solet tertium genus, scilicet, oyendo de nuevo y reponiendo lo hecho no haze fuerza, &c. n. 34.

Deuolutio

- Deuolutio iure facta prouisio etiam beneficiorum simplicium iudicialiter (ut requiritur) appellationi emissa non deferens vim non facit. num. 35.  
 Deuoluitur prouisio ad ordinarium appellatione remota, ob controuersiam intra patronos non finitam intra terminum datum ad presentandum. n. 36.  
 Deuoluitur prouisio ad ordinarium non presentante patrono idoneam personam intra terminum appellatione remota, ita tamen ut patrono in posterum nullam pareat præiudicium. num. 37.  
 Deuoluitur electio ordinario ob electionem factam per electores ultra tempus iure præfixum, & illa confirmatur appellatione remota. n. 38.  
 c. nulla. §. si autem. de concessione præbende. verba pulchrè ponderantur, & interpretantur. num. 39.  
 Dispositio mandans aliquid exequi intelligitur appellatione non obstante, quamuis id non exprimat. n. 40.  
 Contradictio seu querela remota à iure tacite subintelligitur remota appellatione. n. 41.  
 c. literas ad fi. de supplend. neglig. prælat. verba interpretantur. n. 42.  
 c. cum propter de iure patron. ponderatur. ibidem. c. ne pro defectu versis vero ad quem, ponderatur, quæ iura curam omnem dilationem tollere à prouisione beneficij iure deuoluto facta. num. 43.  
 Dilationem ubi res non recipit, appellationi non est deferendum. n. 44.  
 De deuolutione omnia ferè iura tractantia præ oculis habent maximum damnum & periculum Ecclesiarum & animarum, causatum ex diutina prouisione. n. 45.  
 Periculum & damnum promouens ex longa vacatione beneficij fortius viget in prouisione iure deuoluto facta, & de ratione. n. 46.  
 Appellari licet non possit à prouisione beneficij simplicis facta iudicialiter, tamen fallit, quando prouisio fit iure deuoluto, & de ratione. num. 47.  
 Deuolutio iure facta prouisio non parat perpetuum præiudicium patronis, aut electoribus, &c. sed pro illa tantum vice. n. 48.  
 Deuolutio si reuera non est causata, nec de ea constat ex actorum inspectione appellationi emissa deferendum esse, decernit Senatus. n. 49.  
 Deuolutione reuera non causata prouisio est nulla ipso iure ex defectu potestatis. n. 50.  
 Deuolutione non causata facta prouisio per superiorem non conualescit, etiamsi postea causari contigerit ob negligentiam inferioris. num. 51.  
 Quando unum disponitur, & alterum supponitur, non potest verificari dispositio, nisi prius verificetur suppositio. n. 52.  
 Salgado de protect. Reg. Tom. II.
- Qualitas attribuens potestatis in primis debet constare. n. 53.  
 Appellationi deferatur à sententia nulla, etiam aliàs præuilegiata. n. 54.  
 Attentata an sit prouisio iure deuoluto facta appellatione pendente. n. 55.  
 Appellatio ab una causa non suspendit aliam diuersam. n. 56.  
 Appellatio ab uno articulo non suspendit iurisdictionem in tota causa, nec afficit tertium. num. 57.  
 Prouisio facta iure deuoluto, eo quod presentatus sit indignus, si non apparet de indignitate, erunt tentata gesta appellatione pendente. num. 58.  
 Pauli de Castr. doctrina declaratur. ibidem.  
 Deuolutionem, qua fundatur quis, sufficienter probare tenetur. n. 59.  
 Tempus præfixum collatoribus ad prouidendum non currit à die vacationis, sed à die scientiæ, & notitiæ. n. 60.  
 Tempus iure præfixum ad prouidendum currit à tempore quo sciri debuit, ut in Episcopo, qui singulis annis tenetur visitare. n. 61.  
 Patronus currit tempus ad presentandum datum à iure vel à fundatore, à tempore notitiæ, non à tempore vacationis. n. 62.  
 Scientia aliquorum ex patronis non nocet alijs ignorantibus vacationem. n. 63.  
 Deuolutio ut locum habeat omnium patronorum, aut electorū scientia requiritur, imò ius scientium vacationem conseruatur per ignorantes, ut excludatur deuolutio. n. 64.  
 Deuolutio ut causetur ex negligentia sufficit scientia præsumpta, determinanda à iudice. num. 65.  
 Deuolutio debet fieri cum causa cognitione, & citatione quorum interest. n. 66.  
 Deuolutio non fit ad Episcopum ob litem inter ipsum & patronos motam, & non finitam. num. 67.  
 Mota lite inter Episcopum & patronos interim dum lis terminatur, Episcopus apponit æconomum. n. 68.  
 Patrono aut Episcopo existente in quasi possessione currit tempus lite pendente super proprietate. n. 69.  
 Deuoluitur beneficium Episcopo lite mota inter patronos discordantes, nec sit finita intra terminum præfixum ad presentandum. n. 70.  
 Deuoluto iure facta collatio ob litem non finitam intelligitur saluo iure postea euincenti ius patronatus. n. 71. ob litem non finitam.  
 Deuoluto iure prouisum potest euincens ius patronatus representare iuris sui conseruandi causa. n. 72.  
 Deuolutio in beneficio iuris patronatus quando & quibus casibus locum habeat. num. 73. remissine.

Deuolutio non causatur durante lite super iure conferendi, aut eligendi ultra tempus à iure praefixum. n. 74.

Tempus non currit conferentibus, aut eligentibus impeditis impedimento iuris, aut facti. num. 75.

Patrono excusat impedimentum, ut illi non currat tempus, non tamen excusat lra non finita. num. 76.

Prouisio Magistralis aut Doctoralis non facta per capitulum intra sex menses, an deuoluitur Episcopo. n. 77. remissiuè.

Deuolutio causatur, quando patronus sine Ecclesiasticus, siue secularis praesentat indignum, inhabilem, aut incapacem. n. 78.

Deuolutio causatur generaliter collatione, aut electione incapacis, aut aliis indigni. n. 79.

Ordinarius debet inquirere & scire conditionem eius, cui confert. n. 80.

Deuolutio ob lapsum terminum fit ad superiores gradatim. n. 81.

Deuolutio in electionibus ad quos fiat, & quemadmodum. n. 82. remissiuè.

Deuolutio quemadmodum, & quibus casibus fiat de capitulo ad Episcopum, & de Episcopo ad capitulum. n. 83. remissiuè.

Deuolutio iure facta prouisio Parochialis an formam examinis per concursum requirat. n. 84.

Deuolutio quando contingat Magistralis aut Doctoralis ad Episcopum ob lapsum temporis dati Capitulo ad eligendum, seruari an debeat in eius prouisione forma concursus & examinis. n. 85. resolutiue affirmatiue. num. seqq. contra Nicol. Garc.

Deuolutio beneficij fit cum omnibus qualitatibus, quae à principio inierant beneficio. n. 86.

Deuolutio fit ad superiorem cum eisdem qualitatibus, quibus inferior prouidere tenebatur. num. 87.

Superior ad quem beneficium deuoluitur, debet illud prouidere habenti qualitates à fundatore requisitas. n. 88.

Deuoluta Parochialis prouisione debet superior adhibere concursum, ut determinauit congregatio Concilij. n. 89.

Deuolutio iure facta prouisio Parochialis iuris patronatus laici seruatur forma concursus, licet aliis non requiratur, quando prouidetur ad praesentationem patroni, & de ratione. n. 90.

Nicol. Garcia euidenter conuincitur. n. 91.

**S**ÆPE contingit, de hac difficultate in supremis praetoriis dubitari, an scilicet, vis fiat non deferens huiusmodi appellationi à prouisione beneficij iure deuoluto gesta, sed cum ex qualitate beneficij, de cuius prouisione tractatur, solet variari prohibitio appellationis, & eius priuilegium, aliud siquidem in Parochialibus fit dispositum,

aliud uero de simplicibus praedicetur: ideo de singulis quoad praesens dubium necessarium erit, discipere.

Et quod attinet ad beneficium curatum deuolutum ad superiorem ob negligentiam prouidendi intra terminum à iure statutum, uel ob aliquas alias causas eo inductas, nullum dubium esse potest; violentiam non committere superiorem, illud iure deuoluto prouidentem; appellationi interiectae minime deferentem. nam ut superius diximus exactè in 2. p. c. 13. à num. 168. à prouisione Parochialis siue iudicialiter, siue extraiudicialiter celebrata non deferentem appellationi nequaquam vim facere, ex Concilio Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. & aliis auctoritatibus, rationibus, & fundamentis, quas ibi videre potes, ex animarum maximo periculo rectè in illis considerato, ac ideo cum à quouis prouideatur, siue inferiori, siue superiori, cum sua qualitate, natura, & priuilegio, atque sua causa (quae durat & uiget in utroque) transit.

Et enim deuolutio ad superiorem fit cum suo onere, & qualitatibus omnibus requisitis in prima prouisione, ac si fieret ab inferiore, probant Feli. in c. cum accessissent. de constitutionibus, n. 18. Rochus de Curte de iur. patronat. uerbo honorificum quest. 3. Lamber. de iure patron. eodem tract. de iur. patron. 3. p. 2. lib. quest. 7. Rebuff. in prax. benefic. tit. de deuolutio. à n. 40. & idem Rebuff. in repetit. c. 2. de concessione prebende in fi. Corraf. de benef. 4. p. c. 4. n. 16. Ferret. consil. 2. 11. n. 12. Azeued. in l. 5. tit. 6. lib. 1. recopil. num. 2. Ioan. Gutierr. consil. 1. n. 31. Caued. decif. 52. n. 4. & decif. 72. num. 9. p. 2. & idem in tractatu de patron. Regia corona c. 22. num. 3. & 4. Azor instit. moral. lib. 6. c. 27. quest. 8. Perez de Lara in tractatu de annuer. & Capella lib. 2. c. 10. num. 27. sed huiusmodi beneficij prouisio coram inferiore facta habet hoc priuilegium, hanc qualitatem, & naturam non differendae executionis, ergo cum eadem transit ad superiorem cui deuoluitur.

Hinc etiam est, quod primae & secundae instantiae naturam eandem, non diuersam esse, dicatur, ac quae in prima instantia admitti non poterant, nec admittenda sunt in secunda. l. postquam §. Imperator. ff. ut legat. nomine caueatur. l. si quis cum maior. §. accusasse. ff. de bonis libertorum. authent. ut cum de appella. cognosci sub. pri. collatio. 9. l. si. ff. de re iud. Bart. in l. 3. §. 1. num. 5. ff. de duobus reis. Bald. in l. si. ff. de postula. Immol. in l. hoc amplius §. si. ff. de damno infecto. Abb. in c. cum Ioan. num. 17. de fid. instrum. optimè Parla. in lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 11. à num. 55. cum duobus sequentib. Cyn. & alij per Alexand. consil. 96. n. 5. lib. 2. Ioan.

Ioan. Baptif. Afm. in prax. iudic. in prin. c. 4. num. 13. latè Feli. in c. fraternitatis in prin. n. 1. de testib. pro quo est text. in c. tua nobis. de appella. quapropter dicit Bal. in l. per hanc C. de 6. tempor. appella. ut in secunda instantia appellationis admittenda non est exceptio, per quam mutetur figura iudicij. Hinc est quod 7 causa summaria in prima instantia, suam naturam retinet & in secunda, Put. decif. 426. num. 2. & decif. 434. num. 3. lib. 2. Cassiodor. decif. 8. num. 1. & 6. de rescript. Rot. decif. 43. num. 2. p. 2. diuers. Marquet. de commiss. 1. p. c. 3. num. 35.

8 Rursus probatur, nam si aliqua dispositio, seu sententia lata ab inferiore executionem mereatur, si ob aliquam causam ad superiorem faciendae sit translata, & deuoluta; pariter & eam mereatur, optimè Parlador. lib. 2. rerum quoti. c. fi. 5. p. §. 15. n. 8. Put. decif. 426. lib. 2. Rot. decif. 19. n. 3. de re iud. in no. quia iudex secundae instantiae succedit iudici prioris, Capici. decif. 86. num. 19. & per l. tutor. in prin. ff. de usus. & c. Rayant. in fi. de testam. & Specula in tit. de expens. in §. nunc uidentur. versic. & nota quod expensae, &c. tenet ipse Guid. Pap. in tract. de appellatio. num. 5. concl. 6.

Et facit, quod dicit Bal. in tit. de pace Constant. §. hoc quod nos n. 15. quod iudex appellationis succedit primo iudici tanquam confirmator, uel informator. Alexand. consil. 164. col. 2. in prin. & num. 5. uol. 6. Natta consil. 573. n. 3. 5. in fi. Petr. Surd. decif. 147. num. 2. & ideo causa appellationis dicitur eadem, c. non inuise, in fi. de procurato. Specul. tit. de iuram. calum. §. sequitur n. 3. Surd. ubi proximè num. 3. Cynus in l. inuictus n. 2. q. 14. C. de procurato. Alexand. consil. 56. n. 5. uol. 2. post alios dicit 10 Surd. ibi n. 1. ut iudex subrogatus primum, & eius potestatem repraesentet, ac propterea 11 quod poterat facere inferior, item libet superiori, ut ibidem d. consil. 19. 184. incipit Ioannes Solano n. 5. lib. 3.

Et facit doctrina Guido. de Zusa in tract. de instrum. quaren. n. 2. §. & seqq. uol. 5. tractatum diuersorum anti. quod meus creditor si uult conuenire meum debitorem, contra quem habeo uiam executiuam, pariter poterit aduersus illum executiua experiri, quia 12 creditor sustinet imaginem sui debitoris, l. cum notissimi §. sed cum illud C. de prescriptio. 30. uel 40. ubi adducit simile de emptore nominis, & cessionarij. ubi latè nonnulla adducit, quae conducant ad propositum, nos latè infra 4. p. de excessu de persona ad personam c. 8. à n. 247. uers. rursus quaeri potest, & c. 7. n. 175. ead. 4. p. ergo pariter ista prouisio à quauis persona siue inferiori siue superiori fiat, executionem debet mereri.

Salgado de protect. Reg. Tom. 1. l.

Quoniam superior ob negligentiam inferioris in eius locum subrogatus est, quare ex natura subrogati, cuius proprium est seruari, & retinere qualitates, quae inerat in eo, in cuius locum subrogatum est, l. si eum. §. iniuriarum. ff. si quis cauis. l. si filia §. Titia. ff. de conditio. & demon. l. si donata. §. si sponsus. ff. de donatio. inter. l. Pater ff. de adimen. l. si cum dotem. §. ult. ff. soluto matrim. l. si & rem ff. de petiitio. heredi. l. Imperator §. ult. cum l. sequen. ff. de legat. 2. & alia iura, eandem naturam iusque praesentia rebus, & personis subrogatis. Et in terminis collationis ponderat hanc regulam Selua de benefic. 3. p. quest. 49. & multo fortius procedit, quando ad ipsum 15 ordinarium facturam institutionem, seu confirmationem liberè prouisio deuoluitur, non enim attenditur, quo iure Parochialis prouideatur, ut non obstante appellatione, prouisio exequatur, an iure institutionis, an iure confirmationis, an liberæ collationis, iuxta text. in d. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. c. 18. & sic nec est attendendum, quando iure deuoluto: quia non iuri prouidendi priuilegium illud datum est, sed ipsi prouisioni, prouenit siquidem ex natura causae: pro quo faciunt quae Cynus in l. si quis ex consensu. C. de Episcop. audient. gl. & Doctores in c. penult. de offic. deleg. Bart. in d. l. Episcopo. C. de Episcop. audient. Angel. in l. 1. col. 2. ff. de iudic. lll. in l. si quis aduersus. C. de precib. Impera. offer. Decius consil. 3. & in consil. 25. Gram. decif. 9. num. 4. & 5. ubi eleganter dicunt, quod si à sententia lata iurisdictione ordinaria non poterat appellari; pariter nec poterit appellari à lata iurisdictione prorogata.

Et facit etiam optima doctrina Guido. de Zusa in tractatu de instrum. quarenti. num. 28. & 29. ubi dicit, quod si priuilegium quarentigiae inheret iuri, & actioni debiti, ac ideo ad quemcunque transierit ipsum ius, transit simul priuilegium quarentigiae, quia transit cum sua causa, l. si conuenierit. §. si fundus. ff. de pignor. actione. & cū omni suo auxilio, & beneficio, l. de omnibus ff. de regul. iur. ubi loquitur de creditore contra debitorem sui debitoris, agere uolente.

Et in terminis hoc uidetur asseruare Mar. 19 rescot. uariar. resolutio. lib. 1. c. 52. num. 2. 4. in fi. dum dicit, quod Concilium Trid. sess. 24. de reformatio. c. 18. & motus proprij Pij V. dum loquitur de ordinario, habet locum etiam in Episcopo subrogato, iuxta d. §. iniuriarum.

Rursus quoniam hoc priuilegium exequendae prouisionis Parochialis est non concessum prouidenti, nec eius cōtemplatione, sed prouisioni, estque ei inherens, & ideo per variationem personarum non extinguitur, nec alteratur, l. non solum. ff. de integ. restit.

- interdum ff. de mino. l. exceptiones que persona in princ. & in §. rei autem coherentes ff. de exceptioni. argum. l. in omnibus ff. de regul. iur. l. si tibi §. pactum. & l. hared. ff. de pact. & l. vlt. ff. de iur. i. l. senator. ff. de ritu nuptia. l. Titia Scio §. 21
- 21 *usuras ff. de legat. 2. & facit text. in l. tempus 29. ff. de re iudi. ibi quia cause magis quam personæ beneficium præstatur, &c. argum. c. priuilegium, de regul. iur. in 6. & quæ ibi latè Dinus à num. 9. & ibi glo. fin. in additione. Innocent. in c. Abbat. de verbor. signif. in fi. & ibi Abb. num. 16. gloss. in c. cum venissent. & in cap. probatum. de institutionibus. Bar. in l. quia ff. solut. matrim. Feli. in cap. mandata de præsumptionibus. & ibi additio. circa fin. latè per Cardin. Tuf. in 6. tom. litera P. verbo priuilegium reale.*
- 22 Et quando priuilegium appellationis sublatæ conceditur cause, sit reale, aded vt totum comprehendat vniuersaliter, tenet eleganter Philip. Fran. in c. interposita 70. §. ille denique. vers. sed si queratur num. 7. de appella. Feli. in cap. causam qua. sub num. 27. de rescript. Decius in c. pastoralis sub num. 30. de appellatio. Menoch. etiam de adipiscen. poss. rem. 4. q. 99. sub num. 8 14. & conducunt quæ Ab. in d. c. pastoralis. n. 6. vers. item adde aliam. & ibi Franc. sub num. 2. 2. quæst. 6. & idem Franc. in d. §. ille denique num. 7. vers. sed si queratur in fi.
- 23 Deinde facit, quæ ex Hieronymo Gonzal. in regul. de mensi. gl. 6. num. 222. latè probauimus supra hoc lib. 3. cap. 4. à num. 31. circa secundam instantiam illius questionis, quod si ordinarius non prouidet beneficium curatum, quia superior ad quem itum est, per appellationem ab aliquo grauamine, retinens causam, prouidit beneficium, vel aliqua iusta causa ipse ordinarius suspendit executionem saxe sententiæ, & prouisionis, nam lata à superiore eam potest exequi, cum inueniat beneficium vacans. militat siquidem in hac secunda sententia, & prouisione ratio priuilegij, hoc est: periculum longæ vacationis, de qua per d. cap. 18. Concilij Trid. & nos exactius in lib. 2. cap. 13. de appellatione à prouisione. Quæ ratio cum durans reperitur in prouidente Parochialem iure deuoluto, quia reperit beneficium vacans in maximum animatum, & Ecclesiæ periculum; quoniam hac de causa introducta est deuolutio ob negligentiam prouidentis, cap. 2. c. quam sit. de electione lib. 6. c. ne pro defectu de electione. c. unico. de iur. patro. lib. 6. c. quia diuersitatem de concess. præbenda. cap. licet de supplenda negli. prælato. nihil mirum quod superiori pariter liceat suam exequi prouisionem.
- 24 Et sic durate causa priuilegij debet ipsum priuilegium, cuiusque effectus durare, & per-
- seuerare, vt per l. semper §. negotiatores. ff. de iure immuni. l. si cui §. 1. ff. ex quibus causis maior. l. 2. §. omnes ff. de iudicij. l. Titia. §. usuras ff. de legat. 2. l. qui nominibus. ff. de administ. tuto. dicit Signior Homodeus cons. 13 §. patersami. colu. 1. num. 6. Tiraquel. in tract. de causa cessante num. 17. l. eam legem C. de excusa. muni. lib. 10. l. femina ff. de senator. & durante periculo, ob quod aliquid fieri mandatur, tunc cessat mandatum, dum cessat ipsum periculum, non aliter. Bal. & post eum Salicer. qui dicit notabile in l. 1. per text. ibi C. de nautico senore. sequitur Iff. in l. 1. colu. 13. vers. & circa hoc ff. de off. eius cui manda. est iurisd. Tiraq. vbi proxime num. 42.
- Nam vbi aliquid simpliciter conceditur, 28 & disponitur pro certa & determinata causa, non intelligitur de primo, sed toties durat, quoties ipsa causa, Bar. in l. 1. colu. vlt. ff. ad l. l. maist. arg. l. continuis §. qui insulam, ff. de verbor. oblig. l. veteres col. seq. ff. de itinere, atque priua. Angel. in l. vltimur ad fi. ff. de sepulchro viola. Panormi. in cap. 2. de trenga & pace. Ioan. de Plat. in l. 1. col. 2. vers. & simplex & indeterminata C. de nautico lib. 11. Georgius Nat. in repeti. Clem. sepe in prin. colu. 6. vers. mihi magis placet. de verbor. signif. Decius concl. 562. visio puncto colu. 1. vers. ad idem facit.
- Insuper quia cum Concilium Trid. in d. 29 cap. 18. Ecclesiæ Parochiali vacanti prouiderit per executionem prouisionis, & hæc ab ordinario facta non sit cum effectu, nec sit intentioni Trid. satisfactum, debet satisfieri per superiorem, ad quem beneficium deuolutum, & vacans peruenit; quia generalis, & indeterminata dispositio non intelligitur de primo actu, nec prima persona, quoties per illum non est satisfactum legis intentioni, & menti, sed per alium aliamve personam debet satisfieri, Bal. in l. fideicommissa §. si quis alicui decem ff. de legat. 3. Felin. in cap. 2. de trenga & pace. Cyn. Alexan. & Iff. in l. velati §. vox per illum text. ff. de edendo. & in l. qui per salutem ff. de iure iur. Roma. in l. 2. carta penul. vers. sed stat circa hoc sub n. 58. ff. de iud. Philip. Deci. cons. 22. si pronuntiat colu. 1. Marth. de Afflic. decis. 46. dicit Regia prægma. & per Georgium Nat. Rom. Gram. Tiraq. & alios tenet Anto. Gabri. lib. 2. conclus. tit. de legib. & constit. concl. 2. limi. 2. n. 28. Menoch. cons. 85. num. 124. volu. 1. Alciat. Bouer. §. hoc sermone de verbor. signi. & ibi etiam Tiraq. in limi. 18. num. 1. ergo sequitur euidenter, quod quoties iure deuoluto (de cuius deuolutione reuera apparet) Parochialis prouideatur, siue extraiudicialiter, siue iudicialiter, & in contradictorio iudicio (vt supra diximus) appellationi emissæ non deferens violentiam non committit, quemadmodum

admodum nec à prouisione facta iure ordinario, cum idem sit iudicium, eadem ratio, & causa, in quo nullum dubium esse potest, & probat text. expressus loquens in Parochialibus in cap. 2. §. & nisi de supplend. negli. prælato. ibi, Rectores.) & ibi, appellatione remota, &c.) Et faciunt alia iura expressa proutinam alleganda generaliter de omnibus beneficiis loquentia, prohibentiæque appellationem à prouisione beneficij facta iure deuoluto.

Sed in simplicibus beneficiis maior stat 31 difficultas, an scilicet ab eorum prouisione per deuolutionem ab ordinario, vel superiori aliàs facta appellationi emissæ non deferens committere violentiam; declaretur. quæ & ex illo resultat, quod vt verissimam & indubitatam conclusionem appofuimus, & probauimus supra lib. 2. c. 13. à num. 153.

32 de actibus extraiudicialibus; nempe à collatione, institutione, confirmatione, seu aliàs prouisione beneficij simplicis gesta extraiudicialiter appellationi deferendum nõ esse, iuxta text. in c. constitutus el 2. de appellatio. secus si iudicialiter, quia tunc deferitur. ita Ioan. And. Domini. & Fran. ille num. 7. hic num. 8. in c. Abbatie de elect. in 6. Lancelo. de attent. 2. p. c. 4. num. 6. 14. & 627. & c. 12. in præfatione à num. 79. & præsertim limi. 40. & 49. Cuceh. in l. maio. lib. 4. num. 67. & idem tradit Breddo. in tract. de appellatio. 1. p. à quibus actibus tit. 20. vers. ab institutione præsentandi pag. 419. tenet Azeved. in Curia Pis. lib. 2. cap. 4. nu. 14. & noster Perez de Lara de annuerf. lib. 2. c. 11. num. 1. Guidobon. decis. 104. Mohedan. decis. 11. de præbend. Calderi. consil. 1. lite pendente. Cæs. de Graf. in decis. 2. de appel. Caputaq. decis. 7. p. 1. & secundum hanc opinionem pluries ita fuisse in Roma Rota determinatum, & signanter in vna Neapolita. Capellanæ 13. Decemb. 1562. coram Horadi. & in vna Calagurrita. beneficij 7. Maij 1574. coram Blanchetto. & iterum in alia Calagurrita. portionis 27. Junij 1575. coram Cantuc. & in vna Lucana leuis 8. Junij 1571. eorum Lanceloto, testatur, & refert Aloyf. Ricci. in prax. decis. iur. patro. decis. 229. à nu. 351. vbi alias plures decisiones Rotæ allegat, dicitque falsam esse opinionem Ceuall. in contra commu. quæst. 693. n. 31. & sæpe Rotam ita tenuisse hanc opinionem, refert Gonzal. in regul. 8. de alternat. glo. nu. 203. referens ita fuisse decifum in vna Calagurrita. beneficij 18. April. 1603. coram Lanceloto, de quo in dicto c. 13. latè egimus aliis doctrinis & rationibus ibi adductis.

33 Et cum per deuolutionem beneficij prouisio facienda aliter non sit, quàm per citationem subsequantam eorum quorum inter-

est, & causæ cognitionem adhibitam, an lis finita sit; vel intra tempus, an vacationis scientiam habuerit nec ne, & ad alia multa discutienda, & alleganda (quæ deuolutionem excludunt) quæ fieri non possunt, nisi citato eo, de cuius præiudicio tractatur secundum statim dicenda, & ita ego iam declaratum vidi in hoc senatu Galleco in lite per viam violentiæ adducta, ab ordinario prouidente iure deuoluto, eo quod inter patronos intra terminum sibi à iure præfixum ad præsentandum, lis finita non fuit, absque tamen eorum citatione, & ita datum fuit tertium genus violentiæ scilicet, repouendo lo hecho y oyendoles de nuebo no haze fuerca, nolo haciendo, otorgue y reponga, &c. & inferius apparebit: inde est, vt cum hoc casu debeat fieri prouisio iudicialiter, & in contradictorio iudicio, videtur, vt appellationi non deferentem violentiam notoriam commississe, dicatur.

Sed contrariam sententiam in difficultate 35 te principali scilicet, vt etiam in simplicibus beneficiis per deuolutionem prouisus, appellationi non sit deferendum, confitio de deuolutione, probat text. (indistinctè, & generaliter loquens in omnibus beneficiis) expressus in c. si vero 12. de iur. patro. a. in hac 36 verba: Si verò ordinatio alicuius Ecclesiæ ad tuam institutionem spectat, & pro controuersia laicorum de iure patronatus inter se disceptantium, prorogatur; fas tibi sit appellatione remota, in eadem personam idoneam instituere, &c.) text. optimus in d. c. 2. §. & nisi de supplend. negli. prælato. ibi, Et nisi prædictæ personæ intra tempus Lateranensis Concilij constitutum, ad vacantes Ecclesiis tibi personas idoneas præsentauerint, ex tunc tibi liceat appellatione remota, in eisdem ordinare Rectores, qui eis præesse noverint, & prodesse. ita tamen, quod ex hoc nullum patronis præiudicium imposterum generetur, &c.) text. etiam elegans in c. dilecto. de supplend. negli. prælato. ibi, madamus quatenus nisi dicto Guillel. aliquid canonicum obierit, electionem de ipso factam sublato appellationis obstaculo, confirmetis, &c.) vbi est casus, quod facta de aliquo electione per electores ultra tempus præfixum, ordinarius tanquam ad se deuoluta; alium elegit, à quo cum appelleretur, mandat Pontifex, vt firmeretur electio ab Episcopo facta, appellatione non obstante & remota, quia prima electio fuit nulla.

37 Probat etiam text. in c. nulla §. si autem, de concessione præbende, ibi, quod si ad capitulum pertinuerit, & intra præscriptum terminum hoc non concesserit, Episcopus secundum Deum hoc cum religioforum virorum consilio

consilio exequatur, vel si omnes forte ne-  
glexerint, metropolitanus de ipsis secundum  
Deum absque illorum contradictione dispo-  
nat, &c.) ex quo text. duplicata resulat ap-  
pellationis prohibitio in prouisione benefi-  
ciorum iure deuoluto facta, altera ex illis  
40 verbis, *ibi*, hoc cum religioforum, &c. exe-  
quatur) quoniam quando dispositio iubet  
aliquid executioni, etiam si non declaret ap-  
pellatione remota, etiam ea postposita, exe-  
quendum est. *l. ff. in cons. 187. incipit circa pri-  
mum. sub num. 2. ad medium versum similiter lib. 2.*  
& per Lancelo quem citat. idem dixit Hier.  
Gonzal. *de men. & alternat. gl. 9. in annota. sub  
num. 118.* altera etiam colligitur ex illius  
41 text. verb. *ibi*, absque illorum contradictione  
disponat, &c.) siquidem quando à iure re-  
mouetur contradictio, seu querela: appel-  
latio remota censetur, vt post Bal. *in l. 1. §. 1.  
vers. sed an remota ff. de off. presc. pre.* qui lo-  
quitur de querela, & text. *in c. personas de ap-  
pellatio.* qui loquitur de contradictione, *ibi*,  
sine contradictione aliqua, &c.) & *ibi* in fine:  
sicut de alio diximus, appellatione remota  
parere constringas, &c.) qui est text. elegans  
ad propositum, & de vtroque Gonzalez *vbi  
proxime*, Decius *in d. cap. personas in 4. notab.*  
Lancelo. Robert. *de attent. 2. p. cap. 12. limi. 8.  
num. 4.*

42 Rursus & ad idem plura iura persuadent,  
prout est text. *in c. literas ad fi. ibi*, cas, de per-  
sonis idoneis autoritate nostra suffulti non  
differatis, quanto citius ordinare, &c.) *de sup-  
plend. neglig. prelator.* text. *in c. cum propter ibi*,  
& ab eo, cui competit intra quatuor men-  
ses non fuerit definitum, extimè Ecclesiam  
ipsam de persona non differas idonea ordi-  
nare, &c.) *de iure patrona.* text. etiam *in c.  
ne pro defectu 41. ibi*, is verò, ad quem fuerit  
deuoluta potestas, Deum præ oculis habens  
43 non differat, &c. canonicè prouidere, &c.) *de  
electione*, quæ quidem, & alia iura diligen-  
tissimè curant; dilationem ab huiusmodi  
prouisione facta iure deuoluto excludere,  
& amouere, commendantia diligentiam, &  
44 quando res dilationem non admittit, appel-  
lationi interiectæ deferendum non est. *l. ff. de  
appella. recipi. Ripa in l. 1. in prin. num. 17. ff.  
quorum legatorum, & ad propositum facit bo-  
nus text. in l. & publicorum. ibi*, ne commo-  
da, quæ domui nostræ debentur, callidis  
debitorum artibus differantur, quamobrem  
appellatione eorum reiecta, &c.) *C. quorum  
appell. non recip. Speculat. in tit. de appella. §. in  
quibus vers. 8. Mantua in l. vlt. in 2. lectu. n. 173.  
C. de edito diui Adri. Gram. decis. 80. num. 2.  
& per Ripam Bal. & Angel. multa per Men.  
de adipis rem. 2. à num. 61. & 58. Baccà de inope  
debitore cap. 1. num. 20. Bal. in l. unica num. 6.*

*vers. 1. quid si vnus C. si de momen. poss. Marant.  
de ord. iudi. 6. p. prin. quest. 2. num. 195. vers. 22.  
limitat. Petrus Duēnas in regul. 42. num. 23.  
Afflictis in constitu. Neapoli. lib. 2. cap. 32. Nat.  
conf. 108. num. 1. & conf. 409. n. 5. lib. 2. Tiraq.  
in tract. de privileg. pie causa privileg. 147. qui  
testantur de doctrina in variis casibus, & in-  
finitis, vbi de materia nos exactè suprà hoc  
lib. 3. cap. 1. à principio.*

Quod quidem iustissima ratione attenda  
45 ita sancitum est, siquidem omnia ferè iura  
de deuolutione tractantia, præ oculis habent  
maximum periculum, maximum inconueni-  
ens, & damnum, quod ex longa, diutina-  
que vacatione oritur, & irrogatur Ecclesiis,  
eorum bonis & animabus eidem, text. *in d.  
c. ne pro defectu 41. de electione* text. etiam *in  
d. c. nulla §. cum verò de concessione prebend. cap.  
quam sit de electione lib. 6. facit text. in c. si  
apostolica 35. de prebend. lib. 6. & alia plura facit,  
c. cum expediat 18. Conca. Trifess. 2. 4. de reform.  
& motus proprius Pij V. in conferendis, quæ  
ratio magis viget, quod quidem periculum  
46 magis imminere apparet in prouisione iure  
deuoluto facta, quam antea. Etenim cum  
iure sit taxatum, & limitatum tempus, &  
quantum potuit extensum, & concessum,  
quo Ecclesia cum minoris damno possit esse  
vacans, ac viduata, vt intra illud prouideatur,  
eo per negligentiam elapso, cum incipit  
notum esse periculum, & nocere vaca-  
tio, vltra vt non moretur; statim subintrat  
superioris diligentia, cui iuste iura iubent  
prouisionem celerari, ac non differri, amou-  
endo obstacula, & impedimenta, quæ so-  
lent in longum vacationem protrahere, pro-  
ut sunt appellationes, & contradictiones, vt  
dictum est. Pro quo rectè facit doctrina Ab.  
conf. 93. lib. 1. quod si ex forma statuti medi-  
cus debuit eligi mense Ianuarij, qui tamen  
non fuit electus, poterit postea eligi quo-  
cumque mense, quia fortior militat ratio  
statuti, quia quanto magis differret electio,  
tanto maius mora est periculum allatura, se-  
quitur Rota in vna Sulmonen. Canonicius  
coram D. Cantucio. 4. Martij 1583, quam  
referens sequitur Nicolaus Garcia *de benef.  
5. p. cap. 1. num. 688. Anastaf. Germe de indul-  
tis Card. §. volumus 18.**

Quare non obstare constat, quòd supe-  
47 rius diximus ad principium huius articuli,  
à prouisione beneficij simplicis non esse ap-  
pellationi deferendum, quousque iudiciali-  
ter prouideatur; quoniam limitatur hoc, de  
quo agimus, casu, iuxta iura hæcenus adduc-  
ta, & ex specialitate rationis nouiter ortæ  
post lapsum termini prouidentibus datum,  
quæ nec viget, nec reperitur in beneficiis  
simplicibus prouisis intra terminum statu-  
tum,

tum, & constitutio prouidens, vt Ecclesiæ  
celerius prouideatur, tanquam fauorabilis  
extenditur, Rebus. *in concordatis in rubr. de  
collationibus gl. contravenirent ante si. vers. nec  
refragatur, Geminia. in c. statutum num. 6. ad  
medium. vers. item iura loquentia. de prebend.*  
48 lib. 6. nec hic agitur de perpetuo & maximo  
præiudicio, cum nemo priuatur iure con-  
ferendi, aut præsentandi, sed pro illa vice  
dumtaxat, vt probant text. *in d. cap. 2. de sup-  
plend. neglig. prelati.* *ibi*, quod ex hoc nullum  
patronis præiudicium in posterum genere-  
tur.) *d. c. si verò de iure patro. c. cum præter eodem  
tit. & alibi passim.* notat Nicol. Garc. *de benef.  
2. tom. 10. p. cap. 2. sub num. 39. & ex supradic-  
tis à prin. resultat conclusio, vt appellatio-  
ni emittæ à prouisione iure deuoluto facta  
beneficij, siue Parochialis, siue simplicis,  
quantumvis iudicialiter, & in contradicto-  
rio iudicio gesta, iudex non deferens vim  
non faciet, & causa sibi remittetur.*

49 Quam conclusionem omnimodo velim,  
vt limites, vt procedat quando ex actis re-  
uera constet, & appareat ex ipsorum inspe-  
ctione de deuolutione, secus autem quando  
ordinarius, seu superior collationem fecit  
beneficij tanquam ad se deuoluto, cum re-  
uera non esset; quoniam talis prouisio irri-  
ta est, tenent Becc. *decis. 70. Zerol. in prax.  
Episcopali. 1. p. verb. ius patronatus ad octauum  
dubium.* Perez de Lara *de annuersa. & Capel-  
lan. lib. 2. cap. 10. num. 30.*

50 Nam ex quo deuolutio in veritate non-  
dum causata est, non valet collatio ex defe-  
ctu potestatis iuxta regul. *l. ex parte de concess.  
51 fio. preben. c. cum super de off. delegati.* nec con-  
ualefcit etiam si primus non conferat intra  
tempus. *Feli. in c. cum ex officij. de prescriptio.  
num. 37. Rebus. tit. de deuolutione num. 32. ad-  
ditio magna Rotæ decis. 10. de iur. patro. in  
anti. & post Seluam, Probum, Lamber. Pe-  
chium, Hierony. Gabri. tenet Nicol. Garc.  
de benef. 1. tom. 5. p. cap. 9. num. 252. & 10. p.  
tom. 2. cap. 3. num. 31. & 32.*

52 Quia quando vnus disponit, & alter-  
rum supponitur, non potest verificari dispo-  
siti, nisi prius verificetur suppositio *gl. in l.  
mancipia verbo aduocandum C. de seruis fugiti.  
vbi notat Iacob. Butr. Bald. Fulgof. Paul. &  
Sali. Rom. singal. 459. & alij quos citat Ioan.  
Garc. de coniug. acques. n. 33. & 120. Gutier.  
conf. 1. num. 16. Rolan. à Valle conf. 10. num. 14.*

53 lib. 4. & qualitas, quæ attribuit potestatem,  
de ea in primis & ante omnia debet constare,  
& verificari, Prosper. Fari. *in practi. cri. 1.  
tom. quest. 3. num. 86. & quest. 21. num. 87. &  
conf. 10. num. 26. & latè nos p. 2. c. 3. à n. ...*

54 Ac propterea succedit regula & doctrina  
suprà cap. 9. à num. 1. & seqq. adducta, vt ab

actu & sententia nulla, etiam aliàs priuile-  
giata, violentia non fiat, si appellationi sit  
minimè delatum, iuxta *l. 4. §. condemnatum  
de re iudi. & aduerte, quòd licet Nicol. Gar.  
de benef. tom. 2. 10. p. c. 3. in additio. ad num. 32.  
allegat Oldral. conf. 299. num. 5. Paul. de Cast.  
conf. 403. lib. 1. Mohedan. decis. 11. de prebend.  
num. 1. ad hoc quòd collatio facta ab ordi-  
nario iure deuolutionis ex sententia reii-  
55 ciente præsentatos, à qua fuit appellatum,  
quia cum contulerit ex prætenso iure deu-  
olutionis, attentata erit, quæ resolutio & Do-  
ctorum assertio meritò eidem Nicolao Garcia  
displicuerit, eo scilicet fundamento, quia  
non ex sententia reiciente præsentatos pro-  
uenit ius deuolutionis; sed ex præsentatio-  
ne facta extra tempus, seu de indigno, aut  
incapace, & sic appellatio à tali sententia  
non potest suspendere deuolutionis prou-  
isionem, tanquam causam diuersam, & se-  
paratam. quia quando causæ sunt distinctæ,  
56 & separatæ, aut inter se diuersæ, tunc licet  
sit appellatum ab vna, tamen non suspendit  
in alia. Rota *decisio. 31. aliàs 193. si ab excom-  
municatione in fi. de appella. in nouis. Fran. in c.  
præterea 22. notab. 2. num. 1. & c. proposuit 24.  
notab. 1. de appellatio. Paris. conf. 66. videtur n. 6.  
in fi. lib. 2. Anto. de Butr. in c. super eo 10. n. 1.  
& 2. quem refert & sequitur ibidem Franch.  
sub num. 3. & vberius sub num. 9. vers. sed ad-  
uerte, quia de appellatio. Decius conf. 33. viso  
puncto sub num. 4. in 2. præsupposito & post Lan-  
celo. de attent. 2. p. cap. 12. limi. 2. num. 13. &  
seqq. latè etiam prosequitur Efcacia *de ap-  
pella. quest. 17. limi. 47. memb. 2. à num. 12.* vbi  
etiam quòd appellatio in vno articulo, non  
suspendit iurisdictionem in tota causa, sed  
dumtaxat in illo articulo, nec afficit ter-  
tiū, vt vulgare est per Doctores, & sic etiam  
in casu, quo loquuntur Doctores citati, non  
impeditur deuolutio, & casu quo esset vera  
eorum resolutio, nihil adhuc detraheret no-  
stræ principali doctrinæ, & opinioni, tot iu-  
rium dispositione comprobata, & Oldral.  
vbi suprà nihil facit ad propositum. Paul.  
58 Caltr. autem elegantissimè loquitur, & in  
terminis de quibus nos in modò ascripta li-  
mitatione; dicens, quòd collatio facta ab  
Episcopo iure deuolutionis, eo quòd præ-  
sentauerat Ab. quendam indignum, & non  
legitimè ætatis, tanquam facta appellatione  
pendente per Abbatem, & præsentatum in-  
terposita; dicitur attentata, cum facta fue-  
rit anteaquam de incapacitate, tanquam  
causa deuolutionis, appareret, cum contra-  
rium allegaretur ex aduerso, & ideo non so-  
lùm Paul. de Castro, sed cæteri alij Docto-  
res in hoc sensu accepti, fauent nostræ do-  
ctrinæ, & limitationi, & ad hos terminos  
nostræ**

nostræ limitationis reducendi sunt, ne tardari possint loqui contra iura expressa.

- 59 Et hinc est, vt se fundans in deuolutione, eam teneatur probare sufficienter. Rebus. in prax. tit. de deuolutio. num. 12. & ita fuisse determinatum per Rotam, cuius decisionem refert literaliter, testatur Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 37. tenet Puteus decis. 148. lib. 1. Moheda. decis. 160. quæ est 4. de probationi.
- 60 cum tempus à iure præfixum ad prouidendum collatori, seu Episcopo, non numerantur, nec incipit currere à tempore vacationis beneficii; sed à tempore scientiæ, & notitiæ, vel à tempore, quo scire potuit, vel debuit (vt est Episcopus, qui tenetur, visitare singulis annis,) tenent Rot. decis. 7. de preben. in antiquioribus, quæ in antiquis est 3. de iur. patro. alias 556. & decis. 6. de iur. patro. in nouis alias 263. Lopus allegatione 80. alias 51. n. 17. & ibi Mandos. litera Z. Ab. in c. licet de sup. plend. negl. prela. num. 3. Feli. in cap. 2. num. 2. de exceptioni. Decius cons. 135. in fi. Bertachi. de Episcopo 1. p. 1. lib. Rochus de Curte verbo honorificum quæst. 27. num. 57. Lamberti. 2. p. 2. lib. quæst. 1. art. 8. & 3. p. 2. lib. quæst. 2. art. 8. Greg. Lopez in l. 8. tit. 16. p. 1. Nicolaus Guino, in enchiridio beneficiorum tit. 3. cap. 3. sub num. 34. Rebus. in prax. tit. de deuolutio. n. 10. Hieronym. Gabri. cons. 185. lib. 1. Anastaf. Germon. de indultis Cardina. §. volumus num. 63. Mascard. de probatio. concl. 879. num. 10. Zerol. in prax. 2. p. verbo deuolutio §. 2. Flores de Mena in pract. quæst. quæst. 3. num. 8. cum seqq. Cechus de benef. & pensio. cap. 5. num. 5. Belignet. decis. 7. de prebend. Mascard. concl. 626. num. 9. Zerol. ibi §. 8. dub. 2. quemadmodum etiam, & patronis datum tempus ad præsentandum siue à iure, siue à fundatore non currit à die vacationis, sed à die notitiæ ipsius vacationis, vt infinitis adductis probat latè Nicol. Garc. de benef. 10. p. c. 2. num. 34. qui & n. 40.
- 63 per aliquas decisiones probat scientiam aliquorum patronorum, seu electorum non nocere aliis quoad deuolutionem, & ius illorum notitiam habentium, conseruatur per aliquos ignorantem, & sic vt intret deuolutio, omnium scientia, debet probari, cum de eorum præiudicio tractetur, vt dicit alia decisio adducta per eundem vbi supra c. 3. sub n. 13. quæ est elegans ad propositum.
- 65 Et debet intelligi de notitia, & scientia vera, vel præsumpta ipsius vacationis, quæ determinari debet per iudicem considerata qualitate, beneficii, modo vacationis, longitudine temporis, distantia locorum, & fama. probant Hostiens. & Ioan. Andr. in c. ex parte de concess. preben. & ibi Abb. num. 13. & in d. c. quia diuersitatem num. 17. Rot. decis. 6. de iur. patron. in nouis. Roman. consil. 481. Cosmas

in pragma. sanctio. tit. de collatio. §. item circa verbo præsentandum, ad finem. Selua vbi supra. & Lamberti. d. 3. p. 2. lib. quæst. 2. art. 18. à num. 2. Mascard. d. concl. 626. à num. 9. & Zerol. d. §. 8. 1. & 2. dubio. Nicol. Garc. vbi supra. nu. 31. & 34. post princ. & num. 38. quæ faciunt ad ea quæ supra tetigimus causa cognita, & cum partis (de cuius præiudicio tractatur) citatione deuolutionis prouisionem faciendam esse.

Et attende, licet quod tempus præfixum patronis ad præsentandum non currit, si intra illud lis orta inter ipsos & ordinarium Episcopum, illos iuris patronatus Ecclesiam esse, hunc liberæ collationis, nec ad eundem fit deuolutio, sed potest interim æconomum ponere, quouisque lis terminetur. Zerol. post alios in praxi Episcop. 1. p. verb. ius patrona. ad quintum, ad medium. sequitur Perez de Lara in tractatu de appell. lib. 2. c. 9. num. 37. & 38. & est l. 11. tit. 15. p. 1. & ibi Gregor. Lopez, & post plures alios optimè Spino glo. 4. num. 2. 4. vbi limitat, & bene nisi aliquis, siue Episcopus, siue patronus sit in quasi possessione, de qua non contenditur, quia tunc statim est facienda prouisio, iuxta c. consultatione. de iure patro. c. volumus 16. q. 4.

Si tamen lis fuerit inter ipsosmet patronos se dicentes, & non concordantes in presentato, vel quia alter ipsorum præterdit, alium non esse patronum, vel quid simile contendatur: tunc si lis finita non fuerit, nec terminata intra terminum à iure præfixum patronis; deuoluitur prouisio ad Episcopum, qui poterit collationem facere, glo. in c. eam te. de iur. patron. & ibi Abb. & Innoc. & idem Abb. in cap. 1. num. 3. & Innocent. num. 2. eodem tit. glo. 1. in c. 2. 16. quæst. 7. Abb. & omnes in c. cum vos de off. ordin. Selua de benef. 2. p. q. 6. num. 4. & in 3. p. quæst. 1. num. 9. Lamberti. de iur. patro. lib. 2. p. 2. quæst. 1. artic. 9. Perez de Lar. vbi proximè d. c. 9. sub num. 38. ad fin. Zerol. in d. verb. ius patro. ad quintum. Nicol. Garc. de benef. 3. tom. 10. p. c. 2. num. 19. & alij statim citandi, & sunt iura expressa text. in c. quoniam 3. ibi, & idipsum etiam faciat, si de iure patronatus quæstio emerferit inter aliquos, & cui competat intra quatuor menses nõ fuerit definitum, & c.) text. etiam in c. eam te. ibi, non fuerit controuersia terminata, licitum tibi sit de persona idonea ordinare, & c.) eodem tit. text. etiam expressus in c. si verò, eod. tit. & etiã est expressa lex Regia 11. tit. 15. p. 1. & hæc collatio intelligitur saluo iure præsentandi in posterum illi, qui ius euicerit patronatus per vltimum calculum sententiæ, vt probant præfati Doctores, præcipuè Zerol. Lara & Lamberti. & probant expressè text. in d. c. cum propter. ibi, ita quod

- quod illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium geminari, qui ius euicerit patronatus, & c.) text. in cap. 2. de supplend. negl. prel. ibi, ita tamen quod ex hoc nullum patronis præiudicium in posterum generetur.) referatur etiam patrono vincenti, vt lite finita possit repræsentare iam institutum ab Episcopo iure deuoluto, iuris sui conseruandi causa, vt principium habeat quasi possessio illius, tradunt Lamber. de iur. patro. lib. 2. p. 2. q. 1. princ. art. 9. num. 6. Lara de anni. lib. 2. cap. 9. num. 39. & facit d. l. 1. tit. 15. p. 1. & etiam est text. expressus in d. c. si verò. ibi, ita quod repræsentetur ab eo, qui ius euicerit patronatus, & c.) vbi glo. & Doctores.
- 73 Et an, & quando deuolutioni iuris patronatus locus sit, variis causis monstratur, vbi sex elegantissimi casus distinguuntur, totam materiam, & difficultates absoluentes, ponit Rotæ decisio 586. per totam, in nouiss. recollect. per Farinac. 1. p. quam per te omnino vide, quia fortè casum, quem quæsieris, inuenies, & optimè Marefcot. variar. resolut. lib. 6. Ricc. in prax. ecclesiast. iuris patrona. decis. 188. per totam fol. 180.
- Vnum tamen notabile non omittã, quod licet ita sit in patronis tot iuribus dispositum, vt durante lite inter ipsos vltra tempus præfixum, prouisio Ecclesiæ Episcopo deuoluatur: tamen hoc non procedit in electione, aut collatione, quia durante lite fuerit iure conferendi, seu eligendi, non currit tempus litigantibus, nec ex hoc capite caufatur deuolutio. ita hanc differentiam fecere Federi. de Senis consil. 232. Rebus. in concordat. tit. de regia ad prelaturas nominatione §. 1. verb. intra sex menses. Lamber. 2. p. lib. 2. q. 1. art. 2. Berouius in c. quoniam de iur. patro. num. 42. & Flores de Men. quæstio. pract. q. 3. num. 33. & 34. Nicol. Garc. de benef. 10. p. c. 2. n. 19. quia istis impeditis, siue impedimētum sit iuris, siue facti, non currit tempus. Abb. in c. quia diuersitatem num. 3. de concess. preben. Cosmas in pract. sancti. tit. de collatio §. item circa, verbo tempus. Selua de benef. 3. p. quæst. 59. Rebus. tit. de deuolutio. à num. 10. Rochus de Curt. de iur. patro. verb. honorificum quæst. 28. num. 58. Mandagat. in tract. de election. nouorum prelatorum 1. p. cap. 1. & 2. & ibi Boërius, & Petr. de Baifo in directorio electionum 3. p. c. 42. Ioan. Gutier. Canon. quæst. lib. 1. cap. 28. Flores de Men. d. q. 3. num. 4. & supra. Zerol. in prax. verb. ius patro. §. 8. 1. dub. & legitimo impedimento stante, etiam excusat patrono, vt non currat ei tempus, vt ipse Zerol. ibi post alios, & optimè Spino de restam. gl. 4. num. 23. & 24. quod est intelligendum, non de impedimento litis, cum patronis non excuset ex supradictis.

Quid autem sit dicendum in prouisionibus, seu electionibus canonicatum Doctoralis, & magistralis: an eorum prouisio debeat fieri intra sex menses, ita vt aliàs deuoluatur ad superiores, & Nicol. Garc. vbi proximè 5. p. cap. 4. num. 222. cum duobus seqq. tenet deuolutionem caufari ad tradita per Anastasium Germonium de indultis Cardinalium, §. volumus num. 56. maximè cum prouideantur autoritate ordinaria, ita tamen vt superior ad quem fit deuolutio, non teneatur ponere edictum, nec facere concursus: quia ista forma datur dumtaxat Episcopo, & capitulo. sed an verum sit, statim dicam in fi. huius cap. vbi etiam an ad Episcopum fiat hæc deuolutio.

Et deuolutio etiam caufatur, vbi patronus siue Ecclesiasticus, siue laicus præsentauit indignum, inhabilem, vel incapacem. Rot. decis. 5. de iur. patro. in nouis. Ab. num. 5. & 6. & ibi additio. & alij Doctores in c. cum vos de off. ordi. Rochus de Cur. de iur. patro. verb. honorificum num. 16. Lamberti. eodem tract. 1. p. 2. lib. quæst. 10. art. 4. & iterum 3. p. lib. 2. quæst. 2. art. 2. num. 27. Probus ad Monachum in c. si tibi absentis, de preben. in 6. n. 53. Crescent. decis. 11. de iur. patro. Padil. in l. cum quidam n. 17. ff. de legat. 2. Quintan. Duen. ecclesiasticum. lib. 1. cap. 7. num. 10. Egid. Bellamer. decis. Rotali 172. incipit collatio facta fuit regula. cancella. 42. de commend. Felin. in c. cum nostran. 44. vers. 8. nota Hierony. Gonzal. in regul. de men. gl. 8. num. 40. & 41. & est decisio Rotæ adducta per Nicolaum Garciam 7. p. cap. 1. num. 65. vbi hanc opinionem sequitur. & in 1. tom. 5. p. c. 9. num. 249. & idem optimè in 2. tom. 10. p. cap. 3. num. 4. & 5. contra alios dicentes non procedere in patronis laicis.

Et generaliter vbi confertur, vel eligitur indignus, incapax, vel aliàs inhabilis, c. cum in cunctis §. fi. de electione. vbi Doctores, & c. scriptum vers. si verò eodem tit. c. si compromissarius de electione lib. 6. Corraf. in tract. de benef. 1. p. cap. 7. num. 111. Cechus in tract. de benef. & pensio. cap. 5. num. 5. Nicol. Garcia vbi proximè d. cap. 9. num. 2. vbi num. 3. adducit elegantem Rotæ decisionem, an ordinarius, qui confert, teneatur inquirere, vbi dicitur, debere scire conditionem eius, cui confert.

Notandum est insuper, vt deuolutio beneficii propter negligentiam non prouidentium infra tempus à iure statutum, fit ad superiores gradatim, text. est in c. licet, de sup. plenda negligentia prelato. cap. 2. de concess. preben. & ibi latè Doctores, Corraf. de benef. 1. p. d. cap. 7. num. 8. & 4. p. cap. 1. num. 11. Caldas Percyra respons. 3. num. 2. Azor in institutio. moralium 2. p. lib. 6. cap. 27. & alibi passim per Doctores,

82 Doctores, & ad quos in electionibus deuolutio fiat, & quemadmodum intelligatur vide Abbatem in c. cum in cunctis §. fi. de electione. Doctores in c. quanquam de electione in 6. Rebuff. in tit. de deuolutio. n. 17. & idem in repetitione cap. 2. de concessio. prebend. circa fi. vers. quanto quariunt. & in concordat. tit. de collationi. §. si quis verò. verb. immediatum. Paul. de Citadi. 6. p. art. 3. quast. 26. num. 4. Petr. Gregor. de benef. cap. 39. num. 21. Zerola 1. p. verbo beneficia §. 2. 2. fall. Cechus de benef. c. 5. num. 5. Azor. ubi proxime, quos vide. & quemadmodum deuolutio fiat, tam de capitulo

83 ad Episcopum, quam de Episcopo ad capitulum, & in quibus casibus, vide Nicol. Garc. de benef. 10. p. c. 3. n. 3. cum seqq.

84 Sed stat difficultas, an in collatione Parochialium facta iure deuolutio forma examinis, quæ coram inferiori requiritur; seruari debeat, in quo videtur dicendum, non requiri, imò dumtaxat locum habeat, quando iure ordinario Parochialis confertur, vel instituitur, ex his quæ dicit Nicol. Garc. de benef. 5. p. cap. 9. num. 222. quod in doctoralibus, & magistratibus præbendis deuolutis ad superiorem, ob non eorum factam electionem intra sex menses à iure statutas, non requiritur forma concursus, quia hæc dumtaxat apposta videtur Episcopo, & capitulo. Sed nihilominus contrarium verius est de iure, tum quia (vt supra diximus) ad prim. deuolutio fit cum omnibus suis qualitatibus, quæ à principio inerant beneficio, & ad superiorem deuoluitur cum eisdem qualitatibus, cum quibus inferior prouidere tenebatur, Gutier. conf. 2. n. 15. Achill. decis. 13. de iur. patro. Hieronym. Gonz. in regul. de men. gl. 46. num. 33. quia natura beneficij mutari non debet, Cephal. cons. 358. num. 8. colu. 3.

88 Gabri. conf. 185. num. 2. volu. 2. & superior, ad quem est deuolutum, debet prouidere habenti qualitates à fundatore requisitas, vt plures referens tradit Perez de Lara de anni. & capell. c. 10. n. 27.

89 Et in terminis ita censuit Sancta congregatio Concilij 29. Iunij anno 1600. quæ est decisio 261. inter nouissimas re collectas per Farina. 4. p. in hæc verba; Congregatio concilij censuit, in collatione Parochialium, quæ iure deuolutio conferuntur, seruandam esse formam examinis per concursum, quia patronus non læditur. Et quia sublato obstaculo præsentationis, & iuris patroni illa vice exclusi, res credit ad ordinarij potestatem. Hactenus de decisione, quæ est ponderanda, vt loquatur etiam in Parochialibus iuris patronatus laicorum, in quibus S. Concilium Tridentinum non habet locum concursus, quando prouidentur ad eo-

rum præsentationem per ordinarium. & sic euidenter conuincitur Garcia ubi proxime, 91 quia etiam ubi non requiritur examen per concursum ex aliquo impedimento, prout in terminis dictæ decisionis, coram inferiori, requiritur coram superiori, ad quem prouisio deuoluitur,

CAPVT XII

A sententia lata in remedio adipiscendæ ex l. fin. C. de edicto D. Adriani, alijsue quibusvis possessoris remedijs: an, & quando iudex Ecclesiasticus vim faciat, appellationi non deferens. & quid à sententia continente mixturam.

SVMMARIVM.

Possessorium iudicium duplex est, aliud summarium seu summarissimum, aliud ordinarium seu plenarium. n. 1.

Possessorium summarium est preparatorium iudicio ordinario possessorio. n. 2.

Possessorium summarium, cum sit momentaneum aptitudine, exigit summariam cognitionem, non libellum, litis contestationem, conclusionem, aut diffinitiuam sententiam. n. 3.

Possessorij summarij natura, & effectus, quando proponatur, & quod duret. ibidem. breuiter tamen.

Possessorij summarij ad materiam qui sint videntur. n. 4. & 8.

Possessorio summarissimo, quod est iudicis officium, nullus requiritur ordo iudicialis. n. 5.

Quod procedit in summarissimo recuperandæ, adipiscendæ, aut retinendæ possessionis, ibi. & n. seqq.

Possessoria omnia remedia ordinaria habent remedium summarissimum ex iudicis officio. num. 9.

Possessorium ordinarium quando locum habeat, & in eo quomodo procedatur, & de eius effectibus & natura breuiter explanatur. n. 10.

Possessorium summarissimum ab ordinario & plenario quantum distet, & quæ in vtroque requirantur. n. 11. & 12. remissive.

Possessorium remedium ex l. fi. C. de edicto diui Adri. summarissime proceditur. n. 13.

Quod intelligitur respectu omnium personarum, quæ eo remedio potiri possunt. n. 14.

Carbonarij edicti remedio proceditur summarie. num. 15.

Possessorium adipiscendæ intentatum à muliere ventris nomine summarie tractatur. n. 16.

Possessorium remedium ex Saluiano interdicto summarie agitur. n. 17.

Possessoria

Possessoria remedia semiplenam probationem requirere tantum, qui defendant. n. 18.

Possessoria remedia plenariam & legitimam probationem requirere, qui defendant. n. 19.

Possessorium summarium seu summarissimum requirit semiplenam & leuem probationem. num. 20.

Possessoria adipiscendæ, aut Saluiani, & l. fin. C. de edicto diui Adri. licet quoad ordinem procedatur summarie, plenam tamen requirunt probationem. n. 21.

Hæres ad hoc vt ex testamento militi in possessionem mittatur, requiritur plena probatio. n. 22.

Possessorium iudicium licet requirat plenam & perfectam probationem, non desinit esse summarium. n. 23.

Summarium quando est iudicium, seu executiuum, omnes eius articuli sunt summarissimi, seu executiui, & pariter procedendum est. num. 34.

Guarentigato instrumento si sit procedendum summarie, pariter erit procedendum summarie in hypothecaria mota ratione debiti. n. 35.

Argumentum non est bonum; in iudicio summario requiritur plura probatio, ergo iudicium efficitur plenarium, vt contra Sarmiento. num. 26.

Appellatio non admittitur à sententia lata super iudicio merè possessorio adipiscendæ, retinendæ, aut recuperandæ iure civili. n. 27.

Possessorij meri sententia asserti modicum præiudicium, cuius grauamen reparatur per diffinitiuam. n. 28.

Appellatio non admittitur à possessorio summario. num. 29.

Appellari non potest ab omni iudicio possessorio tam adipiscendæ, & retinendæ, quam recuperandæ possessionis. n. 30.

l. vnica. C. si de momen. poss. verba interpretantur, & ponderantur. n. 31. & seqq.

Possessorij meri sententia parat modicum præiudicium, & illud reparabile de facili in iudicio petitorio. n. 32.

Possessio momentanea quare dicta. n. 33.

A possessorio adipiscendæ ex l. fin. C. de edicto diui Adria. & eius sententia lata in fauorem ventris illo remedio appellationi non est deferendum. n. 34.

Testatoris voluntas celerem executionem desiderat. n. 35.

A sententia in interdicto quorum bonorum appellatio non admittitur. n. 36. & n. 38.

Statutum simpliciter permittens appellare in causis possessorij non intelligitur in sententia, de mittendo herede scripto in possessionem. n. 37.

Interdictum quorum bonorum non admittit appellationem suspensiuam. n. 38.

Quorum legatorum interdictum non admittit appellationem. n. 39.

Salgado de protect. Reg. Tom. II.

Appellatio non datur in remedio l. 3. C. de pignoribus. n. 40.

Reus conuentus rei vindicatione negans possidere, & conuictus de mendacio, non appellat. num. 41.

Appellatio est prohibita in singulis speciebus adipiscendæ possessionis. n. 42.

Saluanum interdictum est vtilissimum, & merè possessorium, quod ad cælum exclamant Doctores. n. 43.

Saluanum interdictum competit fundi dominio contra colonum, vt adipisci possit possessionem earum rerum, quæ illata sint in fundo. num. 44.

Et ideo competit pro pensione fundi locati, & hoc est directum interdictum. ibidem.

Saluanum interdictum vtile datur etiam domino contra conductorem prædiorum urbanorum. n. 45.

Saluanum interdictum competit cuilibet creditori habenti bona sui debitoris obligata etiam tacite & ex quacunque causa. n. 46.

Dua contrarie opiniones referuntur. ibidem, & num. 47.

Saluanum interdictum est remedium summarium, in quo de sola possessione tractatur. n. 48.

In hypotheca probari debet de dominio vel quasi debitoris. ibidem.

Saluiano vrens non tenetur probare, rem hypothecatam fuisse in bonis debitoris, sed illam possidisse. n. 49.

Saluanum interdictum non admittit exceptiones respicientes defectum pignoris, maxime requirentes altiore indaginem. n. 50. secus in hypothecaria. ibidem.

De pluribus specialitatibus Saluiani interdicti, & differentijs inter illud, & actionem hypothecariam, remissive. n. 51.

Saluanum interdictum ita se habet ad actionem hypothecariam, sicut possessorium ad petitorium. n. 52.

Saluanum interdictum tanquam merè possessorium nõ admittit appellationem suspensiuam, secus actio hypothecaria. n. 53.

Vti possidetis remedium retinendæ non recipit appellationem. n. 54.

Recuperandæ possessionis remedium non admittit appellationem. n. 55.

Retinendæ in singulis speciebus non admittitur appellatio. n. 56.

Prout in interdicto ne vis fiat. ibidem. interdicto vtrobi. ibi.

interdicto de superficie. ibi.

interdicto de itinere actus priuato. ibi.

Retinendæ interdicto non cadit attentatum. n. 57.

Recuperandæ possessionis interdicta non admittunt appellationem. n. 58.

Recuperandæ singulæ interdictorum species non recipiunt appellationem. n. 59. remissive.

P

Iure